

(4) Pernicies adversariis Christi imminet subita ac inevitabilis. L. de peccati pœnis. A. felicitas per fidem ab ipso inchoavit paradisi evangelio. Actor. IV, 12. XV, 11.

(5) Fides in Christum non demum in N. capit. T. sed

PSALMI III. DISPOSITIO.

Adjutorium à Domino. Dormi secure. Ab hoste liberatio.

TRes Psalmi hujus sunt partes, quarum (1) proponit hostium multitudinem ac sævitiam *vers. 2. 3.* (2) Dei protectionem *vers. 4. ad 7.* (3) precationem *vers. 8. 9.*

PSALMUS III.

EXPLICATIO VERSUS I.

מוֹזְמוֹר *Canticum:*) eleganter quasi concisum, resectis omnibus redundantibus incongruis, &c. à rad. **זָמַר** *putavit vitem, praescidit, item cecinit.* quia cantus est præcisio vocis, ubi quis non mugit vel inconditè grunnit, sed artificialiter canit: *Bohl. d. 12. form. 9, 39. Waser. Psalm. CX. pag. 12.* exponit modulationem seu cantationem, numeris & cæsuris arte compositis constantem, tamque voci humana, quam instrumentis musicis accommodatam.

לְדָוִד *Davidis:*) (ל) nota genitivi, & quidem auctoris h. l. Sic etiam *Hab. III, 1. 1. Sam. XIV, 16.* (speculatores **לְשָׂאוֹר** Saulis.)

בְּכַרְחוֹ *in fugere ipsum:*) i. e. dum fugeret: (כ) n. transit in naturam adverbii (*quum*) *gram. Trost. p. 149. num. 2.* De affixò ad infinit. *ib. pag. 137. num. 10.* Radix est **כָּרַח** *auffugit* metus causâ, v. g. ut Jacob à Laban, *Genes. xxxi, 22.* David à Saule, *1. Sam. xix, 18.* ob Absalomum; (unde etiam occasio & tempus psalmi nostri petenda sunt,) 2. *Sam. XV, 14.* Quomodo cecinerit David in fugâ, vid. *Kamchi* apud *Coppen.*

פָּנֵי מִפְּנֵי *à facie:*) scil. iniquâ, crudeli, & excidium patri minante. Est plurale tantum **פָּנֵי** (*respexit.*) quod per pleonasmum elegantem, quandoque in regimine occurrit, redundans ratione aliarum linguarum; ut **פָּנֵי תְהוֹמוֹת** *Genes. I, 2.* i. e. super abyssò. vid. *Glass. l. 3. Phil. pag. 135.* Hinc cum (כ) nudè redditur, (*propter:*) ut *Gen. VII, 7.* venit Noah in arcam **מִפְּנֵי** *propter* aquas diluvii.

בְּנֵי בְנֵי *filii sui:*) vel propter filium suum. **בְּנֵי** à **בָּנָה** *ædificavit:* eò quod filius à parentibus oriundus, *ædificium* eorum dici mereatur, tam physicè, quam moraliter, h. e. tam ratione generationis, quam educationis: uti *Plautus Most. a. 1. sc. 2. vers. 8. seq. & 39. seq.* ait: novarum ædium arbitror, similem esse hominem, quando hic natus est, &c. Exaggeratur hòc ipsò fuga malum; ab hoste enim extraneò æquius suffertur injuria, quàm à domesticò, imò qui est ipsamet caro nostra; adeoque sævius hic ipse propinquus plerumque excidium nostrum urget, quò plus sibi de severitate vincentis metuere habet. Forte David respexit ad verba comminationis 2. *Sam. XII, 11.* Psalmum hunc *Concil. Salzbur. A. 1281. cap. 16.* jussit in singulis de-

cantari ecclesiis cum orat. dom. &c. v. *Labb, t. XI. conc. p. 1. f. 155.*

EXPLICATIO VERSUS II.

יְהוָה est vocativus, *ò Jehova!*

מַה *quid:*) pronomèn interrog. rei, h. l. idem est, ac *quantum!* Habet (י) pro (י) ob *dagesch è sequente* (י) exclusum *pag. 19. & 86.* Cum admiratione conqueritur, tanquam adhuc constitutus in exillò. *Coppen.*

רַבּוּ *multiplicati sunt:*) **רַבּוּ** *auctus*, item *copiosus* fuit, vel in quantitate, vel qualitate. Innuitur ergò hostium Absalomo adhaerentium, partim numerus & copia; partim robur, calliditas & eminentia; ceu ex Achitophele imprimis patet, itemque ex summis XII. Israëlis tribuum capitibus, ducibus, chiliarchis, &c. Minatur proinde David tam subitam catholicamque fermè subditorum, quos fidelissimos sibi que addictissimos putaverat, immutationem, simulque argumentum inde extruit, ut Deus deserto sibi eò maturius succurrat, cum tanto evidentior sic oritura sit Dei gloria, hominumque in multitudine confidentium confusio.

צָרֵי *hostes mei:*) h. e. Absalom cum aßeclis. Radix est **צָרַר** *comprimi*, inde **צָר** *hostis*, undique obsidens quasi & coarctans alterum; velut obsidetur urbs, vel sicut uva sub prelò comprimitur: ut *Ezech. IV, 3. Jer. xxxii, 2. &c.*

רַבִּים *multi, magni:*) est plur. à sing. **רַב** potest & hoc accipi vel de numerò hostium; vel de eorum eminentiâ, quod magnates imperii defecerint, veluti *Jerem. XLI, 1.* dicitur: **רַבֵּי הַמְּלָכִים** *magnates regis.* Notetur autem h. l. polyptoton, ubi sub aliâ flexione vox hæc geminatur, & quidem ad melius inculcandam periculi magnitudinem, hæc immoratione prolixiori. conf. *Glass. l. 5. Phil. p. 522.*

קָמוּ *insurgentes:*) est participium à radice **קָם**, quæ cum **עָל** constructa, hostilem notat, incursum, ut *Jud. IX, 17. Psalm. LIV, 5.* quomodo in nostrâ linguâ dicitur: *einen Auffstehend machen:* pro rebellem fieri. Crescere autem videtur oratio, ut quotidie quasi unus adhuc cætus post alterum, una urbs, una provincia, legio, turma ac tribus post aliam insurgat contra Regem hunc expulsum, utpote qui suspectus fuerat redditus malè administrati regiminis, desidia, tyranni-